Quelle: http://manuscripta.at/?ID=510
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

vanitati similis factus sum. Quid
ergo domine laudabo te nunquid
miseria mea laudabit te nunquid
fetor laudabit odorem. Nunq̃ mo
talitas hominis que hodie est et
cras tollitur laudabit te pulvis et
et filius hominis vermis. Nunquid
laudabit te due qui in peccatis
genitus est et natus non est
preciosa laus more pecorum tortis
laudet te domine deus meus qui
potens potencia tua manifestis
bus sapiencia tua inestimabilis
bonitas tua laudat te super omni
ens clemencia tua superhabun
dans misericordia tua sempiterna
quoq; virtus et divinitas tua
laudet te omnipotentissima tua
fortitudo summa quoq; benig
nitas et caritas tua propter quod
creasti nos due deus vita ac
me. De spe exigenda ad deum.

Ego autem creatura tua
sub umbra alarum tuarum
sperabo in bonitate tua quia
creasti me adiuva creaturam
tuam quam creavit benignitas
tua non pereat in malicia ma
q̃ operata est benignitas tua
non pereat in miseria mea
q̃ fecit clemencia tua. Nuc
enim utilitas in creacione tua
si descendam in corruptione
meam. Nunquid vane constitu
isti omnes filios hominum creasti
domine rege quod creasti opera
manuum tuarum non despicias
me fecisti ex nichilo sine me
non regis domine tuc revertar
ad nichilum. Sicut enim domine
non eram et de nichilo fecisti
me sic si non regis me ad hoc in
nichilum redigar in me. Adiuva me
domine vita mea ne peream in
malicia mea. Si me non creasses
non essem due quia creasti eam
sum non mea merita non mea
gracia te coegerit ut creares me
sed benignissima bonitas tua et
clemencia tua alia caritas que te
coegit ad creacionem ipsa te quesso
modo cogit ad regendum. Quid
enim prodest q̃ compellit caritas
tua si peream in miseria mea et
non me regat dextera tua hoc
te cogat domine deus meus cle
mencia ad saluandum q̃ caritas
est que te compellit creare quan
do creatus non est ipsa te vincit
caritas ad saluandum que te vicit
ad creandum. Quia non minor
est q̃ ipsa caritas tua spe es qui
semper idem es non est abreuiata
manus tua ut saluare nequeat
nec aggrauata est auris tua ut
non audiat sed peccata mea diuserunt
inter me et te inter tenebras et
lucem inter ymaginem mortis
et uitam inter uanitatem et ve
ritatem inter limaturam hanc
uitam meam et sempiternam
tuam hec sunt umbre quibus ope
rior in hac abyssi caliginosa
carceris hung in quo prostratus
iacco donec aspiret dies et in
clinetur umbre fiat uox in fir
mamento uirtutis sicut uox domi
ni in virtute. Vox domini in magni
ficencia dicat fiat lux et effu
gient tenebre et appareat ari
da germinet q̃ terra herbam